



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De authoritate, & titulis imponendi tributa, & quomodo sint soluenda
præsertim vectigalia, portoria, tributa, pecho Hispanicè nuncupata. Cap.
XXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

hoc iniuriosum dicere, si alter acceptans hanc sponsionem verbum contumeliosum dixerit patri: lucrabitur sponsionem, nec eius restitutioni manebit obnoxius, ita frater Iosephus, quæ quidem assertio licet non careat scrupulo quatenus sponsio sit super re tertio iniuriosa: tamen secundum sententiã Nauarri, Angeli, Sylvestri D. Antoni, poterit sustineri licet videatur contra cõmunẽ, quia licet res sit prohibita: sed non videtur impedita trãslatio domini, quia voluntaria fuit, hæc est Alcoceri. Vnde infert Alcocerus, quod etiam si sponsio, & contentio sit super rem altoquin licitam de se, licet sub pœna excommunicationis sit prohibita, quod tali conuentione acquiritur, & retinetur iure quidem acquiri, & retineri dicitur.

¶ At nec illa quæstio omittenda videtur, cuius meminit Corduba: vtrum Petrus, & Ioannes possint conuenire sic in contractu societatis in ludo quatenus Ioannes ludat, & Petrus exponat certam summã pecuniæ ludendã periculo amissionis. ¶ Respondet Corduba ibi dum ludus sit licitus absitque vis, & fraus: illa conuentionio non est damnanda absolute, licet non appareat tam honesta: dum pretij iustitia, & partitionis seruetur, iuxta consuetudinẽ, & arbitrium bonorum virorum, & demũ si talis sit ludus vbi lucrifacium non sit necessario restituendum: nisi aliæ circumstantiæ adhibeantur casui, quibus merito veniat reprobandus.

¶ Sed verum dispensari possit hic super voto de non ludendo ludo illicito, vel super tali iuramento: dicitur primo ad quæstionem authore Nauarro quod Pius quintus noluit super tali casu dispensare, quia videtur nulla causa sit dispensandi. Sed tamen fatetur Nauarrus posse talem obligationem voti, & iuramenti in aliam rem magis acceptam Deo per ordinarium, siue per alium ex privilegio habentẽ autoritatẽ, commutandi cõmutari licet malitia illiciti ludi per hoc non tollatur. De his satis.

¶ De autoritate, & titulis imponendi tributa, & quomodo sint soluenda præsertim vectigalia, portoria, tributa, pecho Hispanicẽ nuncupata.

C A P. X X X V I.

¶ Vm omnia restitutionis, & furti materiam diffiniendã suscepimus, & hæc quæstio quæ in hac materia

Q. 6.
i Cordub.
in tract. de
casib. con-
scientiæ. q.
76.

Q. 7.

Q. 1.

celeberrima habetur nobis sub silentio praterenda non est an tributa vel vectigalia defraudans, & non soluta teneatur restituere. ¶ Cui quaestioni ut solutionem paremus praemittenda est distinctio tributorum, nam ut Sotus tradit licet tributorum nomina iuris prudentes multiplicet quae inter alios Syluester sub verbo gabella pro-

a Sot. lib. li. 3. de iust. & iure. q. 6. art. 7.

b Vide gl. ordinat. in rubr. C. de ammon. & tribut. lib. 10.

c Vectigal dicitur & datur pro his quae vehuntur per patrias.

d Pedagogium à pede dicitur quod à tras euntibus soluitur. c. super quibusdam. §. praterea.

modum enumeravit: quatuor tamen ad rem spectantia illic enumerat Sotus primum est census, quod à censendo deriuatur ut habetur lege forma de censibus, dicitur autem census, quod censeri facultates debent, quod de pro earum iatione tributa soluantur ut habetur dicitur l. At vero quatenus peculiare nomen est ab aliis distinctum, illam pensionem singulariter significat, quam ciues viritum pro capite principi pendunt. *b* Hoc est quod à Christo Iudaei seiscitabantur an liceret censum dare Caesari an non, id est pro subiectione, & quia ad superbiam tumorem hoc genus census spectat inter Christianos principes non est tam in usu frequens. Ratione huius census pendendi tempore Natiuitatis Domini descriptus est per Caesarem Augustum orbis, & quia ad hunc finem Deuid numerari iussit populū: ideo tā acerbas dedit penas

¶ Tributum differt à censu, tum ratione materiae tum ratione finis: tributum enim de terrae nascentibus in subsidium regis vel reipublicae contribuitur. Census vero de capite ad subiiciendam personam, in eiusque subiectionis professionem, & tributum quod secundum fratrem Iosephum in idem recidit, est proprie pensio: quae pro aliis militibus soluitur & stipendium appellatur.

¶ Tertium genus pensionis est vectigal ab utroque deferens sine pariter, & materia. Soluitur enim de mercimoniis quae vehuntur negotiationis gratia ad murorum portum, aliorumque id genus publicorum operum refectorem, & secundum fratrem Iosephum idem omnino dicitur à vehendo merces diciturque; Hispanice *alcabala*

¶ Quartum tributum est, pedagogium quod materia est idem cum vectigali, quia ex mercimoniis soluitur, tamen distans, quia ad custodiam viarum dicatum est. Atque secundum fratrem Iosephum Hispanice *portaxgo* dicitur, quod videtur coniungere Socium

com vectigali, quia à porta dicitur, eo quod portitori sol-
uitur: licet non insinuet esse idem quod vectigal. ¶ Dua-
na idem est quod vectigal in hoc tantum differens à ve-
ctigali, quia duana soluitur pro rebus venalibus, quæ ab
vno regno ad aliud vendendæ transportantur. ¶ At ve-

*e Hodie in
nostra Gal
lia solun-
tur tallie
pro substi-
dio regni
loco tribu-
torum. Ioan.
Fab. in §.
per traditio-
nem.*

Q. 2.

ro Tallia est collecta seu pensio, quæ principi secundum
quantitatem bonorum cuiuscunque civis soluitur. Sed
advertito qd celsus, qui est pensio vt diximus pro recogni-
tione subiectionis in aliquibus locis martiniega vocatur.
¶ Guidagium proprie est stipendium, quod soluitur
ducatum præstanti in via.
¶ His suppositis, quia præmissa quæstio præexigit co-
gnitionem alterius, an vectigalia licite imposita sint per
regem, & qua authoritate imponenda veniunt: ideo pro
expeditione huius quæstionis statuuntur hæ conclusio-
nes. ¶ Quarum prima sit, princeps quilibet superiore
carens vectigalia imponere potest. Hæ conclusio conti-
netur in Concilio Lateranensi, & habetur cap. innova-
mus de censibus, vbi celsura excommunicationis fertur cõ-
tra sine authoritate principum, & regum imponentes ve-
ctigalia, & latius de hoc agitur ab Innocentio 3. cap. su-
per quibusdã de verb. signific. Hinc respublica nulli sub-
iecta vt Venetorum, & Genuensium noua vectigalia impo-
nere potest. Nam principatus authoritate pollent. Nam
princeps proprie dicitur, qui in temporalibus superiorem
non recognoscit.

Q. 3.

¶ Iam quæstio veluti affinis obuiat, scilicet quot sint
causæ quibus noua vectigalia imponi possint, etsi alia
possint forte excogitari? Respondetur tamen authore
Dno Antonino, & Gabriele assentiente ei sunt causæ
octo ex quibus tributa indici possunt: primo pro bello
inueniendo ad defensionem ciuitatis, & regni. 2. pro expen-
sis belli iusti aliis inferendi. ¶ Tertio pro redimendo do-
mino in bello iusto pro ciuibus illato capto ab hostibus.
Secus est si in bello iniusto quod aliis inferebat talis do-
minus captus est: quia tunc proprio patrimonio redimẽ-
das est. ¶ Quarto pro vtilitate publica, scilicet pro con-
struendo aliquo edificio publico, vel huiusmodi vt habet-
ur ca. c. i. Apostolus de censibus. ¶ Quinto ad redimendã
Rempublicã ab aliquo onere, vt si ciues inter se pecuniã

*f. 2. partem
c. 13 §. 2.
g. dist. 15.
q. 5. art. 2.*

ad redimendum tributum colligerent. ¶ Sexto quando princeps careret patrimonio ad regiam maiestatem conseruandam auctore D. Thoma ad ducissam Brabantia. ¶ Septimo propter locandam matrimonio regis filiam, siue prolem regiam commode alendam, quando alioquin non suppetere sumptus vt credo, sicut etiam quando aliunde non suppetere sumptus pro bello defensionis reipublicæ. ¶ Octauo ad redimendam prolem regiam a hostibus captam, vel ad liberandum regnum ab aliquo obsequio quod hostibus penditur. ¶ Additur his vltimo ad satisfaciendum læsis in bello iniusto, vt si aliqua res publica aliquos iniuste damnificasset. Quæ quidem pœnis *sisa* vocatur, quia consentaneum est reipublicæ, his quibus nocuit damnum reparare. ¶ Præterea rationabiliter videtur quod soluitur pro defensione regnorum in terris maritimis, & pro sustentandis triremibus, quibus via maris, & loca maritima ab insultibus hostium grassantiū defensantur. ¶ Pro maiestate quoque regia eiusque prole sustinenda princeps licite tributa valet exigere, etiam si bella non suppetere sustinenda.

Q. 4.

¶ Sed iam in dubium vertitur an princeps immoderate vectigalia, seu tributa exigere possit, quia per uia est quæstionis solutio: dicitur primo quod rex seu princeps immoderate vectigalia exigere non potest. Huius palam est ratio quia rex, vel princeps bonorum subditorum non est proprietarius dominus, quia bona ciuium sunt propria non dominorum. Vnde iniuste, & immodice exigendo ad restitutionem teneretur rex. ¶ Dicuntur autem tributa esse iniusta, quando nulla subest necessaria, & in illa causa prædictarum.

¶ Secundo dicimus, quod omnes magnates noua obsequia à subditis, vel à priuatis exigentes præter quam quod delinquant mortaliter, ea restituendi obligationem sibi superinducunt. Est res diffinita in cap. super quibusdam de verborum significatione. ¶ Tertio dicimus quod omnes subditi tenentur soluere tributa iuste imposita iuxta leges regni, vbi vnusquisque versatur: vel negotiatur etiam si qui non exsoluerit euaserit pœnam legi eo quod occulte trāsierit, vel se occultauerit vt elaboraret ab exactoribus secundū communē doctrinā doctorū, &

Me...

Metina^h & Sotusⁱ & Couarrub.^k Ita Cordub.^l licet h *Met. de*
Nauarrus^m cum aliquibus doctoribus teneat contra- *reslit. q. 13.*
rium. *i Sotus de*

¶ At vero quia sermones in vniuersali minus prosunt, *inst. & in-*
figillatim de vnoquoque genere tributorum, quomo- *re lib. 3. q.*
do obliget nobis venit indagandum. Et primo de vecti- *6. art. vi.*
galibus id est *alcabalas* stat lex 120. & lex 129. quaterni vbi *et lib. 4. q.*
lancitur, vt venditor, vel commutator cuiuscunque rei, *6. art. 4. et*
sub præsignatis ibi pœnis vectigalium exactorem, & ta- *lib. 5. q. 6.*
bellionē intra tor dies admonitos esse cūret de vectigali *art. 5.*
debito, quod si sit admonitus exigere non curauit, præ- *k Couar.*
signato tempore elapso in iudicio repetere nequeat. Cæ- *in reg. pec-*
terum hoc non obstante venditor astrictus maneat *catiū part.*
ad soluendum vectigal in conscientia, etiam si exa- *2. § 5.*
ctor non illud exigat iuxta consuetudines legesque Ca- *l Cordub.*
stellæ. *in tract. de*

¶ Igitur, quia leges non obligant nisi prout sunt in *casib. con-*
vsu receptæ, & quia consuetudo præscripta solita est de- *scien. q. 95.*
rogare legi, ideo secundum Couarrubiam loco citato, & *m Nauar.*
Cordubam, & Metinam Salmanticensem prima secundæ *in Sum. c.*
in materia de lege pœnali circa tributa seruāndus est mo- *23. nu. 54.*
dus soluendi patriæ vsu receptus consentientibus iudici- *vsque ad*
bus, & videntibus. *65.*

¶ Sed qualis sit iste vsus soluendi introductus nō de- *Qō. 5.*
clarant, an ex cōsuetudine teneatur soluturus vectigalia, *Qō. 5.*
tributorum exactores quæ rere ad soluendum? Respondet
Victoria posse aliquod tributum esse iustum si soluatur
secundum consuetudinem quod tamen iniustum esset
si solueretur secundum rigorem vt in vectigalibus con-
suetudo est vt soluantur si exigantur alias non, si non ce-
lentur merces sed de portariis ait non esse condēnandos
occulte transeuntes vt portaria non soluant, quia de eo-
rum iusticia nō satis sæpe constat. Respondet frater Iose-
phus, ad quæstionem etiam in suis floribus in materia
de restitutione secundum consuetudinem Hispanicam
nullum teneri vectigalia soluere, donec à quæstoribus
exigantur: tenetur tamen vnusquisque non consum-
mare venditiones occulte, aut si occulte vendat quæ-
storū significare. Tenetur etiam non diuertere à via, vt
pedagium à quæstoribus vel portitoribus non exigatur.

Ratio qua suam hanc sententiam fulcit frater Iosephus est quia dum exactor non petit, venditor non retinet vestigial inuito domino. Atque ideo citra peccatum retinet, sed an hic in consuetudine modus soluendi, ut dum oculte non vendatur, vestigial non soluarur, nisi petatur, sic vniuersaliter receptus in tota Hispania, ut significat frater Iosephus mihi non constat. Et ideo bene admonet Metina Salmanticensis quod seruandus est modus in vna, quaque patria Hispaniæ vsu receptus. ¶ Sed descendendo sigillatim ad singula specie tributa: dic o cum Metina Salmanticensi in sua prima secundæ: Primo, quod decimæ ecclesiæ sunt debitæ ante iudicis declarationem, & an sint deferendæ ad exactoris domum propriis sumptibus eas debentium in hoc standum esse censeo consuetudini.

Q. 6. ¶ Secundo dico cum eodem Metina, & Corduba tributa ratione transitus per pontem, vel portaria non tenentur viatores soluere: nisi petantur, quia durissimum dicitur §. 3. est obligare aduenas ad sciendum huiusmodi statuta. ¶ Idem de tributis per saltum, id est *puertos secos* dicitur c. 14. dum est.

¶ Sed circa hoc secundum dictum perpende, pie lector, quod licet secundum Nauarrum summa Latina cap. 17. §. 202. portaria, & alia tributa regia publica non sunt soluenda de his, quæ quis ad suam, & suæ familiæ necessitatem, secum portat iuxta ius commune nec consuetudo contraria valet secundum Angel. ⁿ sed contra tenet respectu ob-ctus Antoninus^o quod verius est, & quotidianus vsus cōseruationis probat, & bene, quia cōsuetudo potest inducere id in loco illo ne quod lex: ¶ & certum est hoc lege statui posse ut etiam in quo est idem Antoninus ait, ¶ Licet inquam hoc dicat Nauarrus: tamen attendenda est pia limitatio Driedonis de libertate Christiana lib. 3. cap. 5. fol. 62. cui auscultat Corduba in C. qua sit tractatu de censibus conscientiæ quæstio. 95. vbi Driedo sic ait quia his temporibus tributa & impositiones portariorum, id est *de portariorum* gos plerunque cōtingit carere iustitia: eo quod desint causæ ad suam iustificationem reuoluit, ut refert Sylue. ¶ id circo nō tā facile sunt in conscientia damnandi huiusmodi portaria defraudantes, maxime si eū pauperes sint per dominos vel populos adiguntur.

tur absoluendum tantundem ac diuites, quia ius civile & canonicum reprobant exactiones pro expositione reru ad vsus domi necessarios. Quare ex mente horum doctorum & Victoria non puto culpandos hos, si causa redimendi sua vexatione se occultauerint diuertendo ab itinere, non ob id ausim eos damnare licet hoc facere, id est se occultare, aut diuerrere a via reliquis non sit ita tutum aut permissum contra Victoria. vide Syluest. gabella. 3. q. 5.

¶ Tertio dico ex mente eiusdem Metinae collectam, id est tributum verbo *pecho*, nuncupatum nullus tenetur soluere antequam petatur, quia nullus tenetur prodere suam ignobilitatem, & credo ita est in vsu & de *sisa*, id est profus est dicendum, quod non est soluenda antequam petatur.

¶ Sed de vectigali *alcabala* nuncupato ait Sotus loco citato quod sit quartum dictum quod nemini licet exactorem eludere nisi ubi patentissima esset vectigalis iniustitia, sed adiicit Sotus * quod dum haec magno rigore exiguntur satis est quod quisque dum tributum petitur, soluat obediente; maxime ubi debitum non est magni momenti. In declarationem huius sententiae Soti (quia non adeo clara manet) adiecit Metina explicans mentem Soti & dicens quod secundum Sotum non est petenda decima, sed vigesima, aut trigesima. Si autem petatur decima non reddatur nisi petatur, ita Metina contra Cordubam dicentem circa vectigalia, id est *alcabalas*, exactorem querendum esse a soluturo.

¶ De quibusdam specialibus impositionibus de quibus meminit Corduba, & de tributo generali Valentia.

C A P. XXXVII.

Porro quia pro viribus exacte a me hanc tributorum materiam absoluendam suscepi, ideo de quibusdam specialibus tributis, & impositionibus de quibus meminit Corduba in suo tractatu de casibus conscientiae nunc agere est operae pretium. Et primo de tributo recepto Valentiae in vsu, quod *derecho general* nuncupatur loquendo, cum Corduba dicendum puto: quia est veluti genus vectigalis, sicut vectigal Castellae est introductum

x Sot. de
iust. & iu-
re. lib. 3. q.
6. art. 7.

o s ideo